

quidem commodatam, hanc vero ingenitam habere videatur. huius ambo ^(a) debitores sumus, ego quidem ut illum tibi notum faciam, tu vero, quod in te est, ut promoveas. ita faciens, facies quidem quod soles ^(b); faciendo autem intelliges plurimis eisque magnis viris 5 pergratam rem te facere. vale. Iustinopoli, .xviii. aprilis 1412 ^(c).

Al V. pertanto spetta di commendarlo; allo Zabarella, di farlo promuovere, e, ciò facendo, farà cosa grata a molti uomini insigni.

CXXXI.

P. P. VERGERIO AD ALMERICO DA SERRAVALLE ^(d).

[B, c. 7 B; C, c. 237 B; BP 1223, c. 148 (Bp); Ra, c. 35].

10 **I**NOPIA, quam hic patimur nuntiorum, negligentem scribendi me fecit. respondissem profecto aliquid, si minus forsitan ornate pro merito suo, at copiose saltem pro meo desiderio, immortalibus laudibus illustris illius viri domini Zacharie Trivisano, quas in epistola tua et accurate colligis et venuste perstringis; nec passus essem ut, offerente te tam probatam omnibus materiam et michi tam 15 gratam, tardiuscule videri possem occasionem tantam arripuisse, dum quod ^(e) omnes predicant unus ego tacerem. nam, que de silentio tuo excusas, ea, opinor, silentio ^(f) preterissem, cum certum sit non deesse inter amicos posse epistolandi materiam, cum adsit amandi, nec sit incertum subesse tibi plurimam ^(g) ornate scribendi facultatem, ut nec oblivisci unquam amici possis, nec silere 20 diu ad me debeas. occupationibus certe tuis, que silere te coegerunt; nam excusationem eam facile admitto; negari venia non debet, quod opera tua petitur et necessario a te debetur. silentium vero ^(h) ipsum equanimiter ferendum facit, quod de huius viri 25 laudibus initium dicendi feceris ⁽ⁱ⁾, in quo laudando non potest videri sero factum quod egregie factum est. itaque si vel prius inopia nuntiorum segnem ad scribendum me reddidit, vel nunc huius con-

Capodistria,
2 giugno 1412.

Se ha tardato a rispondere alla lettera con cui l'amico celebrò le lodi del Trevisan, l'unica causa ne fu la scarsità dei corrieri; giacchè niun argomento potrebbe essergli più grato di quello proposto di quella eleganza.

Quanto alle scuse invocate da Almerico, non può menargli buona quella della mancanza di soggetti tra amici, e nemmeno quella della sua povertà di stile;

ammette però che le sue occupazioni necessarie possono giustificarlo, e sopporta infine quel lungo suo silenzio, poichè, scrivendogli, prese le mosse dall'elogio del Trevisan.

A lui neppur ora è concesso di scrivere a lungo, giacchè tra breve il Lu-

(a) C amabo

(b) C aggiunge quidem nel margine. Ar facies quid quidem soles

(c) Ar om. 1412

(d) B P. P. V. Almerico de Seravale C P. P. Ver. s. d. Almerico

de Seravale phisico Bp P. P. Vergerii Iustinopolitani ad Almericum de Seravale physicum

Ra P. P. V. Iustinopolitani ad Almericum de Seravale physicum (e) C dum quidem

(f) Codd eo opinor silentio

(g) B plurimum

(h) B ideo

(i) B facis